

Franckesche Stiftungen zu Halle

Programma, Quo Almæ Fridericianæ Pro-Rector Fridericus Hoffmannus, Consilarius, Medicus Et Professor Regius, Una Cum Professoribus Reliqvis, Cives ...

Hoffmann, Friedrich

Halæ Magdeburgicæ, [1718?]

VD18 13259695

Abschnitt

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-193265

VIGILÆ
nati
DOMINI,

fatales;

superiore
anno:

eoſque Jubiſſæo.

Noctis

diluvium,

repentinum,

ſuneſtiſſimum.



Virgineum partum recolunt ſolennia Feſta:
Nox, enixa DEUM, pervigilanda micat.
Hæc illa, ante annum quæ tot portenta malorum
Edidit è ponto! cur ita facta minax?
Illane; quam cœli celebrarunt agmina ſanctis
Plauſibus, & quâ nil fauſtius eſſe poteſt?
Illane facta adeò dira ac truculenta? quid omen
Præſagit tantum, territa terra, tibi?
Annus erat, numerus quem conduplicatus honorat,
Poſt toties centum ſeptimus & decimus.
Venerat autumnus: quo lux optata refulſit,
LUTHERI obſignans ſecula fine duo.
Sæclorum ergò recens incepit tertius ordo.
Quàm mira hinc ſperas fidera, noſtra Sion!
Tunc, ubi mox aderant CHRISTI natalia Sacra,
Credebant omnes, ultima blanda fore.
Aſt, velut extremum mortalibus inſtat ab alto
Judicium; meta hæc judicialis erat.
Nox erat; & curis abjectis, feſſa jacebant
Corpora per tractûs littoris Heſperii:
Cimbria quas oras, Eöaſque Friſia veſtit;
Quà pater Albiſ obit, quæque Viſurgis obit.
Neptunus ſubitò Germanicus æquora juſſus
Tollere, & exitio proxima quæque dare.
Nam, vicina licet quoque regna inviſeret unâ
Tempeſtas eadem; nos tamen iſta magis.
Unusquisque vigil montes miratur aquarum:
In tantos animos creverat ira freti!
E regione ſitas, vulſas innare profundo,
Cycladas: exclamat filius, atque parens.
Venti omnes famulantur: & amnes, fluctibus auſti,
Atque acti retrò, culmina cuncta ruunt.
Non ſatis aggeribus, qui æquabant ardua templa,
Contra hanc vim tellus conſolidata fuit.
Sicut arena, impos; nimbis raptim undique moles
Reddita fluxa & iners, æquiparatque ſolum.
Mille necat pelagus, ſomno dapibusque ſepultos:
Quos primo ingreſſu condidit alta quies.
Nil quidquam obſtabat. Solùm domus una procellam,
Illæſa experta eſt, trans caput ire ſuum.
Vindictam comitans, talis clementia fidi eſt
Numinis; ut ſedi parcat habena piæ!

Fit

Fit sonitus, spumante salo: se quilibet abdit
 Sub lare privato, nec, nisi tuta, petit.
 Omnia gurgēs habet; capit incrementa repēte:
 Occupat & campos altera forma maris.
 Ipsa indignantur stridentia murmura falsi
 Marmoris, ac, instar militis, arva premunt.
 Quam *Metanœa* vocans, passis testata capillis,
 Pulsarat; fuerat janua clausa nimis. (a)
 Nunc clausasque fores, securaque limina, & agros,
 Cum *Nemēsi* invadens, circumit Oceanus.
 Nunquam aliās hujus violentia, grandine cincta,
 Tantum assurrexit turbine, tamque citò.
 Insequitur clamorque hominum, fremitusque juvenum.
 Spes fugit in tecti qualiacunque loca.
 Complentur scalæ: palmis fastigia prensant;
 Nituntur gradibus: quæritur omnis apex.
 Hic verò qui non gemitus, suspiria quanta,
 Miscentur! cœtus horrida festa colunt.
 Quocunque aspiciunt, nihil est, nisi mortis imago,
 Interea laceras diripit unda trabes.
 Non nullas cumulis ambit terrestribus ædes,
 Atque hinc, atque illinc munit, operta *Charis*.
 Sed pleræque domus fluitant: hic summa querentum
 Se capita, atque illic exseruere manus.
 An non id cecinit *Psalmes*? *Ferte oscula Nato*:
 Ne via vos perimat; ne gravis ira cremet! (b)
 Verum, inter *lymphas* etiam tranquillus & ignes,
 Incedit, si quem *Dextera* *Dia* regit. (c)
 Contigit hoc; populo cum parcere *Parca* coacta est,
 Parietibus læsis, qui ferit astra fide.
 Et, si quos fundi species, è fragmine ligni,
 Straminis, aut fœni, vexit; ut ansa spei.
 Ob pravos dominos plecti se, & bestia sensit:
 Quæ didicit torpens, intima frena pati.
 Obliquâ lepus atque canis se luce tuentur:
 Nescit & hic pugnam, nescit & ille fugam.
 Nec catuli officiunt suis: namque acrior omnes
 Cura domat, nervos impediēte metu.
 Unde cave, assimiles, fieri quæ posse negabis,
 Rebus, quas sua fors segregat igne fero.
 Casus erit, quo gryphes equis, damisque molossi
 Jungantur placidi, nec lupo angat oves. (d)
):(2

(a) Prov. I,
24-27.

(b) Ps. II, 12.

(c) Esa.
XLII, 2.

(d) Esa. XII, 6,
7, 8, LXV, 25.

Pessi-

Pessima quippe DEUS traducere in optima gaudens,
Dirigere huc quævis vultque potestque mala.
Sunt, qui cum tabulis rudibus raptantur in æquor:
His num desertis auxiliator erit?

(c) Jon. II, Fallimur: in stagnis commonstrat Numina *Jonas*; (c)
2, 3.

Sitamen hæc similes pectore & ore cient.
Undenis (sic Fata juvant) sese obtulit ampla
Navis, cui supplex obvia turba venit.
Deportat querulam ad, divisos orbe, Britannos
Navita; nec, patriæ spem retinere, vetat.
Fert aliquis fursum sociamque & pignora quinque:
Mater at ægra putat, non opus esse fugâ.
Dum sedet, obtestans; dum strato hærentis adhæret;
Dum solam, attonitus, deseruisse nequit:
Fluctus utrumque rapit. Gnato præconia laudis,
Sub cœlo, in cœlo, præmia longa, creant.
At, quidam genitor, gravidâ genitisque relictis,
Prosilat in ramos, qui tetigere latus.
Perfide, quò pulsa est pietas socialis amoris?

Ergò arbos sub aquas seque hominemque trahit.
Quò magis orbatos immensâ potentia textit;
Promeritum postquam misit ad ima Stygis.
Atqui alius falicem apprehendit; quæ forsitan esset
Anchora: sed, fractâ fronde, herus ipse cadit.
Hanc repetens uxor, sequitur; cum prona veretur
Fortè, laboranti non subiisse viro.
Quàm benè conveniens, pulchrum atque in fine decorum!
Infelix mavult, quàm malè fida, mori.

Quattuor hæredes dubio jactantur acervo:
Tres natæ superant; filius interiit.
Vinxerunt se alii, conjux cum conjuge; ut ambo,
Si qua daretur, eâ sic tegerentur humo.

Attamen Eva quoque erexit fidenter Adamum:
Spes, rata; conscendunt lignea, quinque boves.

Haud opus id brutum: in JESU fiducia fixa,
Robore Bethleo, quæque remota juvat.

(f) 2. Sam. Foemina, ut Abschalomus, fuerat suspensa capillis: (f)
XVIII, 9.

Arbor fit sedes commoda, servat onus.

Affert navigium nauclero filius absens:

Adsum, nescio quâ, voce vocatus; ait.

Quæ tribus exanimis assederat alba columba;

Dux patris evadit: nec via fallit eum.

Talia

Talia dum Superi in diversâ parte gubernant;
 Nec documenta sui nulla dat almus AMOR:
 Noctes atque dies plures sunt stragibus auctæ.
 Denique subsidunt cœrula ubique vada.
 Tum verò Omnipotens, rerum cui cuncta potestas,
 Mitteret ut vivos, dixerat Oceano. (g)
 Quid poterant ipsi? tantummodò corpore sensum
 Præbuerant furiis materiamque vagis.
 Jam sale tabentes artûs vix ponere nōrunt:
 Quamuis inciperent litus amare pedes.
 Innumeris vicibus submersi, vertice toto;
 Reddi, ignorārant, vivida membra sibi.
 Faucibus è mediis ergò tumultisque marinis,
 Se rediisse, stupent, nec potuisse mori.
 Præstare extinctis fociis solamen humandi,
 Ardent; quod superest, mancipium esse DEI.
 Veriaderat *specimen*: ceu raptam avertere prædam,
 Censebant vanum, naufraga velle bona.
 Quod quoniam effecit *Crucis* hic *Baptismus* in uno:
 Nonne omnes comites, nosque, docebit idem?
 Et quisquam, casu contingere talia, credit?
 Et quisquam, his signis signa subesse, negat?
 Quæritis, HALENSES MUSÆ! quæ causâ malorum?
 Cur infesta adeò nox ea festa fuit?
 Dicite; quid toties, *Solymas* evertere sanctas,
 Impulit Æterni Numina iusta Patris?
 Facta dedere faces: malefacta ac crimina: quorum
 Flamma inflammabat fulmina, tela poli.
 Vastantur *Feriæ*: quia non cessavit abusus,
 Quo *Natalitias* perdidit omnis hyems.
 Jubila Germanis fuerant, JUBILÆA, profana:
 Irritus hinc ritus nubila tanta movet.
 Etsi olim Nemesis parili exundaverat æstu:
 Pectora decepit *terminus* inde tamen.
 Huc tantum, atque illuc, vis scandit aquosa; nec ultrà.
 Ore ita securo præcinuere senes.
 Donec eos dolus ille, quasi esset compede victa
 Vindicta, illaqueans, exanimavit aquis.
 Quæ rerum emerfit facies externa; sequuta est,
 Quas animi formas detinuere diu. (h)
 Ebria divitiis, variæque libidine, corda
 Inflarant pontum, cassâ tremore sacro.

(g) Jon. II, 11.

Causæ dilu-
 vii,
 meritorie.

(h) Gen. VI,
 5. VIII, 21. Ps.
 XVIII, 27.
 Jer. XVII, 9,
 10.

Dextra,

);(3

- (i) Judæ v. 15. *Dextra, operata scelus; violentum lingua loquuta: (i)*
 Utraque damnorum causa, aliudque nefas,
 Non igitur pauci meruere immania flagra:
- (k) Luc. Sed, quosunque reos culpa maligna tenet, (k)
 XIII, 1-9. Poena sit & nobis vitiorum tristis imago:
 Nemini horrendum sit tibi turpe malum.
 Commune exemplum pavidum veneremur: ut ultro
- (l) Ps. V, 5, 6. Quisque sui exitii desinat esse faber.
 7. VII, 12. Sicubi crebrescunt delicta; gravantur & ipsa:
 &c. Suppliciumque ruit præcipitante rota. (l)
Causæ, finis. Sin resipiscendo vincuntur numina læva,
 Conspiciturque scopus; gratia magna subest.
 Quid fuit, æquoreos in terram effundere fluctus?
 Pellere disruptas, atque abolere domos?
- (m) Gen. At juga telluris, quotquot tegit undique Olympus, (m)
 VII, 19. Diluvio immerfit *Conditor*, ore potens.
- (n) Gen. IX, Quid? nisi teste PATER se ostenderet, Iridis arcu, (n)
 13. Quando pluunt nubes, ac supera aula tonat.
 Quid? nisi adhuc toto trepidis se offerret in orbe
 Nata SALUS, cum pars certa furore perit.
 Scilicet omnino stant pacta immota Tonantis:
- (o) Gen. Non fore rursus, aqua ut devoret omne genus. (o)
 VIII, 21. IX, Quin, quo more parens, qui unum ferit, ille minatur
 15. Filiolis reliquis; spe meliora petens:
 Haud secus intendit, quatiens terroribus oras,
 Numen, ut in populos transferat aura minas.
 Nec clangore sonat rauco: transverberat aures,
 Quam lata *Europa* est, horrida fama pias.
 Tempus adesse, canit, quo nox magis ingruat atra.
- (p) Zach. Læta, quod admissio *Lucifer* (p) instet equo:
 XIV, 7. Et simul atra; novis quod tempestatibus astra
 Occulat, in tenebris ut datus *Emanuel*.
- (q) Esa. VII, Ut mare; sic turbas hominum, mille agmina, plagis
 7, 8. Jerem. Hinc, illinc, variis vertere cuncta cito. (q)
 XLIV, 27, 28. Velle DEUM, ut gentes bello, velut *area* cribro,
- (r) Jer. LI, 33. Purgentur, *paleæ* dispereantque leves. (r)
 Hof. XIII, 3. Angelici plausus, ovium pastoribus, addunt
 Matth. III, 12. *Spem vivam*: (s) hac *Sponsus* vult redimire suos.
- (s) 1. Petr. I, 3. Sunt bona mixta malis: quique id sentire videntur,
 1. Joh. III, 3. Quod meritis fuerit parcior ira, vident.
- (t) Philipp. Grande bonum, in coelis habitare ardore perenni! (t)
 III, 20. Ne tua, de stipula sit modo flamma, fides.

Sic

Sic apta est, votis celerem exercere volatum:

Pontus in hanc potuit juris habere nihil.

Ecce! nisi his alis valeas; te vicerit ales,

Quæ freta, quæ puppim, & tecta, supervolat.

Felices animæ, JESUS quibus induit, INFANS,

Infantum proprias, *simplicitatis* opes! (u)

Quod cupiens; teneros præsertim eduxit ab undis,

Lactandi miris, auxiliique modis.

Expedi, ante animum, ante oculos, miranda tueri;

Desuper ut liceat fugere lac & opem.

Esca ubi nulla superfuerat; puer, omnia nudus,

Servatur quatuor, quinque puella dies.

Quem piguit, mammas sicco duxisse palato,

Is labra attrectat, perterebratque fame;

Et manet incolumis, pluresque saliva parentum

Sospitat, occulto non sine rore precum.

Sorte aliâ, matri sobolique in vase butyrum

Adnabat; Domino dante, alimenta gerens.

Lactentem inclusi, per proflua tigna, dederunt;

Lessum ne frustra cymba sequuta foret.

Ostidui foetum, nanti, mox impetus aufert,

Mox iterum objectat: reddit utrumque solo.

Mortua quin etiam, pendente ex ubere, nutrix

Attulit: ereptus ridet, amore cibi.

Nec non & revomunt vegetos maris ora tenellos:

Obstupefacta, udos arida arena capit.

Propter & hos ipsos, sceleratâ labe carentes,

Est multis dono vita relicta sua.

Adde, quòd arboreus frutex, sua brachia tendens,

Altricis potuit sustinuisse vices.

Vicini in gremio fuerat qui infantulus antè;

Colla viri aggressis, altior ibat, aquis.

Prætulerat propriæ proli istum providus hospes:

Hinc tulit & propriam, cum genitrice, redux.

Ecquis, eos omnes, dubitet, cunabula JESU

Portasse in portum, remigiumque PATRIS?

Quamquam, si *Pharao*, (x) aut *Herodes*, (y) sanguine cunas; x) Exod. I, 16.

Quotquot & his *Feris* abstulit unda, beat.

Quod reliquum, CIVES! quæ sunt puerilia tela? (z)

Et prece & obsequio qui valet, ille valet.

Cernitis, ominibus sanctissima Festa minari:

Ah, sibi prospiciat quisque, animamque levet!

(u) Matth.
XVIII, 3, 4.
*Infantium li-
beratio,
figura para-
netica.*

(y) Matth.
II, 16.

(z) Pl. VIII,
3. Matth. XI,
25. 1. Petr.

Com- 1. 14.

- Diluvii* Commemorata ideo si nec gens postera temnit;
Narrari haud aliter, quam prout acta, sciat.
- hujus* Non libet, ingenio ferri in coelestia facta.
Ne puris putidas ignibus inde faces!
Quæ qui *Teutonicâ* reputabunt tradita linguâ,
HENCKENII Mystæ publica scripta legant.
- Natalitii* Parcendum lætis; recinamus si omnia, flebunt
Omnia, & in lacrymas degenerabit amor.
Longa anni series sedarat vulnera tanta:
nissus, Tempestivus adest finis, & ima novat.
Sacratus semper maneat, quo natus JESUS,
- (a) Dan. IV, (Quem *Vigiles Sancti* (a) constituere) dies!
14. Permaneatque simul præsens, memorabilis horror:
perpetuus: CHRISTI amplexandis serviat usque bonis!
Temporis hæc pietas AGNI præsepe quotannis
Sparget aquis sanis, foetat timore DEI.
Utque mali mores præcepta salubria poscunt:
- (b) 1. Cor. Sic pariet, poenæ mentio, justa nova.
XVI, 22. Haud infestatur festum: primordia cujus
2. Cor. V, Passa olim, quod nos jam meminisse jubet.
14--17. Te tantò magis hinc, (Tuus est natalis, JESU!)
(c) Rom. V, Te solum noster nunc meditatur amor. (b)
5. Eph. III, Qui sese effundat plena in præcordia nobis:
17, 18, 19. Sit totum in toto pectore diluvium! (c)
Academicus. Cum vacat, indictis Sacris, FRIDRICIA! adesse:
Cum natum gaudes concelebrare DEUM:
Est tibi, sitque tibi, custodia vera, precamur,
(d) Luc. II, *Pacis:* (d) ut a REGIS nomine nomen habes.
14. Sancta ades, ô dilecta Cohors! ô sancta Juventus,
Lustrali, INFANTIS tineta cruore, ut aquâ!
En! vester plantatur honos; si creditis, altæ
Hoc Festo pandi nobilitatis iter.
- (e) Joh. I, En! datur, ex Ipso per Christum Numine nasci, (e)
12, 13. Fortunæque vagas exsuperare vias. (f)
- (f) 1. Joh. Eia agite ô Cives! JESU SALOMONIS alumni!
V, 4. His decet, his horis mente renascimini!
- (g) Ps. II, 12. Blanditur vobis JESUS, larga oscula præbet; (g)
Cant. I, 2. Si fugitis sordes, si mala, falsa bona.
2. Tim. II, 19. Mergite vos humiles, ac crimina vestra, profundo:
(h) 1. Petr. *Baptismi*que agiles surgite diluvio! (h)
III, 21. Judicia impendent, minitancia. Vestra paratur
(i) 2. Tim. Officii virtus, quæ det asyla probis. (i)
II, 21, 22.
- P.P. Ipso Nativitatis, Dominicæ Festo a. MDCCXVIII.